4-191 P15/3/3

[illegible]

Venta de una anegada de Tierra con Zenzo de un par de Gallinas al Sor. de Sollana, y una casa con Censo de una Barchilla de Sevada, y una Era con censo de un Obolo, q.e todo se havia de pagar por Navidad.

1401

Leg. 1. N. 4

1401

Orana

Sollana

GOBIERNO DE ARAGON

Noverint universi quod ego Dominicus Soler agricola vicinus loci de Gollana tutor et curator filiorum bonorum quondam Dominici Natalis vicini dicti loci defuncti habens plenum posse in dicta tutela et curatela prout inscripta et alia facere ut notum in scripto constat cum publico instrumento acto in curia dicti loci de Gollana septima die julii anno a nativitate domini Mº CCCº XCº. Confecto et pacta scripta cum presenti publico instrumento vendo concedo ac trado seu quasi trado dicto nomine vobis Johanni Alcover agricole vicino dicti loci presenti recipienti et vestris possessiones inscriptas. Primo quasdam domos sitas et positas in dicto loco de Gollana que tenentur sub dominio domini dicti loci ad censum unius barchelle ordei solvendum anno quolibet in festo Natalis domini sine laudismio et fatica tamen cum omni alio pleno iure emphiteotico ut in instrumento acapiti continetur sicut confrontat cum domibus Guillermi Punya et cum terra Antonii Torra filii Petri Torra et cum duabus viis publicis. Item tres fanecatas terre eisdem domibus contiguas in quibus est una fanecata que tenetur sub dominio domini dicti loci ad censum unius par gallinarum solvendarum anno quolibet in festo Natalis domini sine laudismio et fatica tamen cum omni alio pleno iure emphiteotico prout in instrumento acapiti continetur. Et residuas duas fanecatas terre sunt franchas et quitias. Que tres fanecatas terre confrontant cum predictis domibus et cum terra vestri dicti emptoris et cum terra Guillermi Agostini et cum terra Antonii Magre cequia in medio. Item grandam terram contiguam predictis domibus que tenetur sub dominio domini dicti loci ad censum unius oboli regalium Valencie sine laudismio et fatica tamen cum omni alio pleno iure emphiteotico ut in instrumento acapiti continetur. Que confrontat cum predictis domibus cum terra Antonii Torra et cum terra Guillermi Agostini. Quandam magnam possessionem prout superius confrontantur et terminatur cum ingressibus et egressibus parietibus suppositis et fundamentis aquis cequiis ad rigandum arboribus et plantis quibus sunt velunt. Et cum omnibus iuribus locis vocibus vicibus et actionibus realibus et personalibus utilibus et directis variis seu mixtis ordinariis et extraordinariis iuribus et aliis quibuscumque michi et meis dicto nomine competentibus et competituris quoquomodo. Et vobis et vestris vendo et concedo precio videlicet viginti quinque librarum monete regalium Valencie quas omnes a vobis numerando habui et recepi a quibus bene vos pacatum sum plenarie ad meam omnimodam voluntatem. Ideo renuncio dicto nomine omni exceptioni [illegible] vendicionis predicte per me vobis dicto nomine non facte precii eiusque pecunie non numerate et a vobis non habite et non recepte nomine sic et [illegible] vendicionis [illegible] et doli. Et beneficio [illegible] maioris [illegible] duplicis deceptionis et legi [illegible] ultra dimidium iusti precii [illegible] vendicionis rescinde [illegible] et omni alii cuilibet iuri quod [illegible]. Dans et concedo dicto nomine vobis et vestris prout quicquid hec vendicio predicta amplius modo valet aut imposterum valebit precio antedicto. Et sic de cetero vos et vestri et [illegible] successores [illegible] habeatis predictam vendicionem cum omni suo melioramento facto et faciendo tenendis possidendis et in pace pro expletendis ad dandum vendendum alienandum obligandum impignorandum excommutandum et alias faciendum [illegible] in omnibus libere voluntates vestras [illegible] quibus volueritis perpetuo faciendas. Exceptis clericis sanctis et personis religiosis ac militibus infanzonibus et generosis qui de foro Valencie non existunt. Salvo tamen semper domino dicti loci censu suo predicto et omni alio pleno iure emphiteotico secundum forum Valencie. Promittens et sic [illegible] nomine quod super predictam vendicionem cum omnibus suis iuribus vobis et vestris perpetuo deffendere et salvare faciam [illegible] tenere possidere et expletare pacifice et quiete contra omnes personas agentes vel aliquid perturbantes ad forum Valencie. Et teneor predicto nomine vobis et vestris perpetuo de firma et legali evictione huius vendicionis et ab omni dampno ac interesse [illegible]. Obligando propterea ad hec vobis et vestris omnia bona predicte tutele et cure mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Quod est actum in loco de Gollana decima nona die octobris anno a nativitate domini Mº CCCº XCº primo. Sig+num Dominici Soler predicti qui hec dicto nomine concedo et firmo.

Testes huius rei sunt Johannes Blanch et Guillermus [illegible] agricultores vicini loci de Gollana.

Sig+num venerabilis Johannis Blanch iusticie loci de Gollana qui in presenti vendicionis instrumento auctoritatem suam posuit pariter et decretum.

Sig+num Jacobi Rigual auctoritate regia notarii publici per totam terram et dicionem illustrissimi domini Regis Aragonum qui predictis interfuit eaque scribi fecit et clausit loco die et anno prefixis. Cum suppositis in lineis [illegible] ubi legitur [illegible]. Et de mandato venerabilis Johannis Blanch iusticie loci de Gollana in presenti publico vendicionis instrumento auctoritatem suam apposuit et suppositis [illegible] ac decretum. Constat [illegible] in [illegible] linea presentis clausure ubi narratur auctoritatem suam.